Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

[Gemma Vitae]

urn:nbn:de:bsz:31-127465

Visual Library

Gelatina CC. in Diarrh. de *Spina*.

℞. *Raſur. CC.* ℥ij. *aq. plantag. roſ.* ana ℥iij. *acet. roſ.* ℥i. coq. ad ʒ. p. conſ. vel donec acquir. conſiſt. mucilag. F. Gel.

Gelatina Cydoniorum *le Mortii*.

℞. *Succ. cydon. expr.* ℥vj. *ſem. cydon.* ʒij. ft. in dig. in M. B. donec in glutin. ab. conſiſt. dein calide per linteum tranſcol. liq. cui adde *ſacch. alb.* ℥vi. coq. ſimul in M. B. ad conſiſt. debit. F. Gelatina in fluxu alvi.

Gemma Vitæ *Mynſ*.

℞. *Salis gemmæ*, prius ingenioſe fuſi; poſtea aliquot vicibus ſecundum artem chymicam, in *vino Rhenano* diſſoluti, filtrati & coagulati ℔iij. Indantur cucurbitæ ex argilla, bene munitæ, & imponatur alembicus duplex, ut ſciunt artifices, cum recipiente ſatis capaci, & ſervatis gradibus igne fortiſſimo ſublimentur, donec omnes albi & corroſivi Spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus, iterum factus ſit clarus. Deinde ſal ex alembico elevato exime, & cum Spir. vin. extrahe, imprægnatum verò Spiritum aufer per inclinationem, & ſeorſim cuſtodi. Sal in fundo relictum iterum in priori vino Rhenano abſtracto, diſſolve, filtra, & per alembicum aquoſitatem evoca: Exiccatum ſecunda vice ſublima, & ſublimatum denuò cum Spir. vin. ut priùs, extrahe, laboremque hunc quater vel toties reiterando, uſque dum nihil amplius extrahi poſſit. Ultimò omnem Spir. vin. ſeorſim ſervatum, à ſale impregnatum, ſimulque mixtum in lento Balnei calore ad ſiccitatem ſalis evocato: Sic habebis ſal ſpirituale, amabile, pulchrum & cryſtallinum, magnæ profectò virtutis & operationis, Salem hunc vaſi argenteo aurato tandem inde, funde,

funde, & in fluxu ſub tegula probatoria pedetentim tot folia auri puri, fermentando, impone; donec tingatur colore rubicundiſſimo, & tunc poſt quadrantem horæ exime, refrigeſcere ſine in ſubtiliſſimum pulverem redige, & velut incomparabilem Theſaurum ad uſum repone. Eſt medicina, maximis & ingentibus laudibus meritò extollenda; & ut paucis omnia dicam, eſt ſingularis vitæ humatæ Theſaurus, adverſus quoſvis morbos, etiam deploratiſſimos; major enim vis alterandi, immutandi, confortandi, expellendi, & putredini reſiſtendi vix reperitur in alio; Præterea omnia obſtructa aperit, venena diſſipat, nec non ſanguinis omniumque Spirituum ſubſtantiam, prolongando vitam, niſi fatalis neceſſitas, Deo ita annuente, repugnat, puriorem atque illuſtriorem reddit. Doſis à gr. IV. ad ℈ß. cum appropriatis. Vid. corp. ph. p. 326. a.

I.

Infuſum Arthriticum externum
Ettmüll.

℞. *Herb. ſalv. roriſm. lavend.* an. mj. *fl. anthos prim. ver. lil. conv.* an. Pij. *Bacc. jun* ℥j. *caſtor. pip. utr.* ʒiij. conciſ. & contuſ. inf. in ſ. q. *℔. vin.* dig. aliq. & filtr. F. Infuſum.

Infuſum chinæchinæ *de Spina.*

℞. *Cort. chinach.* ʒij. *caſſ. lign.* ℈j. *ſal. tart.* ℈ß. inf. in *vin. Hiſp.* ℥iv. *aq. cent. min.* ℥ij. ſt. p. n. in loc. cal. F. Infuſum in Quartana & Tertiana.

Infuſum chinæchinæ *Waldſchmid.*

℞. *Cort. chinach.* ℥j. *ſumm. abſ.* miß. *ſal. tart.* gr. xij. *vini* ℔iij. *aq. cent. min.* ℔j. ſt. p. n. in inf. in loc. cal. colat. F. Infuſum in Quartana.